

Beiheft

2

5 103

[um 1215.]

[16]

Der Edele Gerhard von Lon entläßt eine dem Stifte Varlar verkaufte Hufe ¹⁰³ aus seiner Abhängigkeit.

Ego Gerardus vir nobilis praesidens castro, quod est in Lon. Quandoquidem facta priorum per scripta reducuntur in memoriam posteris, volumus factum nostri temporis, quod in diebus nostris pie confirmavimus, scripto praesentis paginae nostrae posteritati insinuare. Sciat itaque tam praesens quam aetas succedens, quod mansus in villa, quae vocatur Westentorp, quem Godefridus miles de Schonenbeke Varlarensi ecclesiae temporibus Jordani abbatis vendidit, sub nostra jurisdictione positus in eo iure, quod vorsthine appellatur, nobis fuit obligatus, a quo jure ad petitionem fratrum in Varlar commorantium iam dictum mansum totaliter de consensu amicorum nostrorum emancipavimus et actum nostrum scripto praesentis paginae corroboravimus. Testes sunt hi: Jordanus abbas, Remboldus custos, Hermannus ecclesiasticus de Lon, Ludolphus de Lehre, Ambrosius de Lon, Godescalcus advocatus et caeteri quam plures.

Kopie im Varlarer Kopiar S. 94.